mihi nota est vulcerrtas et innocentia tanto magis condoleo et congemisco. Habemus autem magnum exemplum patientiæ et consolationis D. Doctorem Alberti venerandum patrem nostrum, quem si ferre non potuit Brema laudatissima quondam Euangelicæ veritatis propugnatrix. Quid mirum si tuam spectatam prætatem infestus animus prosecuta est Hamburga. Recordare mecum iis honestos congressus et quam iucundos subinde habuerimus Bremæ quum apud D. Doctorem tum apud tum D. Hebertum: quam pijs collocutijs extraxerimus conuiuium in multam noctem. Vidistine aliquid suauius in vita talium virorum consuetudine? esse potest aliquid aut Doctoris illius sermonibus efficacius aut D. Heberti conuictu sanctius? Desinam si mulierum amor tanti apud me fuit vnq, vt eo talium virorum amicitiæ anteponerem tantum. Sed illa tanta bona quæ ex illis nostris pijs congressibus capiebamus. Vbi nunc sunt dilecte frater! Quam infœliciter distracti et dissipati sumus! me primum meum quoddam fatum auulsit. te deinde iniquorum hominum odium exterminauit. nos D. Doctorem violentissima conspiratio discipulorum optimum populi Pastorem et peritissimum Ecclesiæ Præsidem rem quo iure quaq iniuria proscripsit. D. autem ille tuus hospes Bremensis talibus amicis orbatus sic afflictum illic vixit vt nescias vtri sit infœlicioribus nos ne exilio an ille mansione. certo scio illum adhuc cum derisoribus luctantem in magna parte fœlicitatis nostra putare, quod homo austricijs profugerimus ab illa aduersa et furiosa dominatione. Qua conditio mihi in hoc miserior videtur quod coniugem adiunctam tibi non habes, quæ portaret onus patrium, et multas molestias quas affert exilium iucundissimis moribus conduleret, hic ego quis te beatior sum, tamen aliud maius est quod afflictissimum me reddit nempe difficultas receptæ functionis, in qua quamq iam ferme duobus annis strenue impetimus manus et pedes tamen adeo nihil profecimus vt nondū fundamenta iecerimus eius ædificationis cuius fastigia expectantur. Sed hæc alias. auxit miseriam hoc Vere puerilis morbus pustularū vulgus kyndr blatteren vocat. his mihi conuictores 5 iam afflicti fuerūt et reliqui (vt opinor) hac malum non euadent. fuit inter alios et Brassy filius, cui iam incipiunt secari et excidere morsiones in morbo puerum non vidi, nihil patior ijs deesse ad necessitatem et solatia, sed morbos prohibere aut adimere pro meo arbitratu no possum, amo eos et curo vt filios nihil possum amplius. Curant pueros Vnus Magister homo elegantissimus, Vnus Pedagogus Vester Diricus adolescens optimus. duæ ancillæ, his adde meā solicitudinem et vxoris. plane tot custodes quot pueri sumus, nec quicquam deesse mihi sinemus si nos emeremus. Vale. Salutā M. Martinum et vxorem. Nicolaū Garatinū et si apud te est. tuam fyssimam coniugem. Dunsburgi 26. Maij 1561.

Nr. 97)

M. Martino Bernero Emdæ. Pax Christi.

Meis verbis vobis salutem dicturus erat D. Petrus familiaris vester

[= MScr. a, 12; Nr. 17]

sic soleo temporis angustijs exclusus eadem (quod animū) fidelia duos parietes deal-
bare. Verum eden Geldorpius adolescentem hunc iam accinctum inrecta manu
retardasset nolui negligere occasionem scribendi ad te pauca de ijs quæ scire te non mi-
nus mea interest quam tua. Sunt familiaria pueris præsertim verno tempore quæ-
dam exanthemata, quas Plinius pasulas appellat, id genus morbi his diebus non-
nihil nos afflixit. Laborarunt io 3 aut 4 vereculi vt in plures serpat. in ijs fuit
et Brassius vester. Non est mortis metus in eo morbo potiss. inst sordes simus
sed curatio subinolesta propter deformitatem, et pleriq; pueri sunt ita delicati in mor-
bis et difficiles vt eos malis vno mense sanos fascere quam octo diebus septem. Eo
autem odconsuetudine longa huius animæ scholastica ita compactus sum, vt faci-
le mussare et perpeti omnes incommoditates possim. Querelæ nonnunq; me contris-
tant ad quas solet Egbertus promior esse quam mea erga eum fides et diligentia me
retur. cius pustula iampridem emiserunt et siccari incipiat, vt post triduum aut
quatriduum (vt arbitror) redituros sit ad consuetas actiones. Spondeo coram Deo
me et in cultu animi et in cura corporis ea facturum constanter, quæ mos meliorem
facultas consequi poterit. aliquid odij conflat mihi quod meos disciplinæ quasi
vinculis liberaliter profecto, sed tamen moderate et sub norma legis Dei
continere contendo, quæ sane res non esset odiosa iuventuti nisi iam eo res redisset, vt
nemo audiat quenq; sed omnes sibi omnia concedenda esse arbitrentur. Vale Vi-
dua fac vt securus sit mihi Egbertus et cæteri tanq; filij cura erunt. 27. Maij.

1561

Johannes Molanus.

Nr. 98)

Pax Christi.

Vl. Cornelio Frisio. Gandae.

Erudite Vir. D. Geldorpius, Schola nostra Rector solvit me de re-
rum nostrarū statu ad te potissimū aliquid scribere, quem satis nemimus valde pe-
nam erga nos et benendum esse. Atq; hac ego eo feci lubentius quod intelligerem
uare vestrorū adolescentū studia habere videar occasionem sæpius scribendi ad te
qui mihi eos et olim cum adduceres, et nuper tu remisseres, diligenter commendasti.
Sed quid verbis opus est? peragere ex primitiarum difficultatibus eluctari possumus.
Vno flatu deferente alius excipit. Vna tempestas plures trahit. Vt quæ olim hiems
uæ nunq; licuerit esse aeque tranquillis. Horsas vsu venit nobis in huius scholæ col-
lectione quod ecclesiæ vt solebat olim contingere, nempe vt et aditus difficiles et par-
na incrementa haberemus. Sed de his interpostima querela est nisi quod te scio
etiam mala nostra velle cognoscere si quid hæc ab te leuari aut corrigi possent. Ve-
rum ea (vt opinor) multo citius quam si quid boni accidat, resciscis. Deus q;
vult docentium discentiumq; cœtus alibi honestos esse, per quos et pietatis et artiū
bonarum doctrina propagari possit, hanc in primordijs infaustam iactationem dem-
tet tranquillet atq; suam vnius gloriam quærendam vna nos omnes spiritu
compellat

[= Hacr. A. 12; Nr. 18]

Horsas venimus

in
cœnis